

FUNUS ACERBUM

Quod Dei nutu

Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimoque

D O M I N O

PAULO  
DUSTERWALD

Civitatis Regiae Thorunensis

Consuli & Scholarchæ meritissimo

obtigit, qvum

Fidissimam vitæ Sociam,

Nob. omnibusqve virtutibus ornatissimam

D O M I N A M

CATHARINAM,

ē stirpe

P R A E T O R I A

oriundam,

variis morbis exercitam & in flore ætatis  
extinctam,

sub initium novi anni M. DCC. XLV.

d. 3. Januar. terræ primæ matri,

multas inter lacrimas & suspiria  
commendasset,

Iesso poetico eomitari debebant

cfficii memores

PROFESSORES GYMN.  
THORUN.

THORUNII

Impressit NOBIL. SENAT. & GYMN. Typographia.

233.

das  
en  
au

gesühr

saat

erglich dem  
er-Hause  
itleiden  
igkeit  
ra/  
und Leib

318

**C**er nimus exequias & lamentabile funus,  
Ute genis passim guttula salsa fluat.  
Moeſta cupressus adest, & amicum limen obumbrat,  
Funeris & comites firmata longa trahunt.  
Et merito: extincta eſt uxor florentior annis,  
Cujus ſumma fides integritasque fuit.  
Religionis amor, tum cultus Numinis alni,  
Sedati mores emicuere ſatis.  
Omnia crudelis rapuit Libitina, nec illam  
Vel virtus texit, vel Machaonis opes,  
Imo Numen erat, quod ademit munera vitæ,  
Quod propere iuſſit teſta ſubire poli.  
Eſt bene, quod Numen diſſoluit vincula vitæ,  
Quod data poſt morbos vita perennis Ei.  
Numen idem nihil uſque mali intenditque facitque,  
Omnia felici fine coronat idem.  
Felix qui Superos ſequitur, Superumque voluntas  
Cui placet, hic inter triftia uictor abit.  
His curas permitte Tuas, Ampliſſime Fautor;  
Si favent ſemper tempora lata fluent.  
Dent corpus ſanum, vegetaque in corpore mentem,  
Confirment gressus, conſilioque iuuent.  
Omnia ſic vices, quæ iam TIBI dura videntur,  
Numen ubique TIBI fulmen & ægis erit.  
Hisce pauculis Nob. Dn. Scholarcham  
ex merito erigere tentavit  
Jac. Zablerus

**V**ergens in positos dum fines labitur annus,  
Explet florentes Atropos atra dies  
UXORIS, VIR SUMME, probæ, quam fidere læto  
Præbuerant thalamo vota ſecunda Tuo.  
Hæc, nec maturis, queis vix efforuit, annis  
Proh! immaturum mortis adivit iter.  
Quid mirum luſtu Te contabescere totum,  
Atque animum curas diſcruciare novas?  
Subtrahitur pignus MATRI iamdum viduatæ,  
Ex quo nec prolem sustinuisse licet!  
Parce precor pietas: lamentis parcite iuſtis  
Numina: quod lacrymis intumuere genæ!  
Non luget ſortem defunctæ Coniugis Heros,  
Quam cuperet iunctus nunc quoque morte ſequi;  
Sed dolet orbatæ perdi consortia vitæ,  
Quæ languentes morbiſta transfigitur,  
Verum age! Consorti dulcem grataſere ſortem,  
Triftibus & lacrymis pone, MARITE, modum!

Define

t.  
en obumbrat,  
trahunt.

Desine voce pia, GENITRIX, obtundere coelum!  
Pluribus adversis dedoluisse iuvat.  
Hanc CHRISTO Domino lætam concedite iungi,  
Quæ nunc coelestis foenora lucis habet:  
Summa dies Domini cum mundo fulserit olim,  
Ipsa vel invita morte superistes erit!

Pietatis & observantiae causa  
L. Mque scribem  
Sam. Theod. Schoenwald.

---

G E liebster Wandersmann!  
Du weist daß die Welt ein Paradies gewesen,  
Da sie erschaffen war:  
Nachher aber trug sie Dorn und Disteln,  
Da sie umb des Menschen Sünde wi...en,  
verfluchtet ward.  
Jeder muß nunmehr im Schweiß  
des Angesichtes,  
Pflanzen ziehen,  
und  
Selten beklebet eine von guter Art.  
Zu diesem gehörte  
Die S. t. Wohledle Frau  
Fr. CATHARINA Düsterwaldtin  
gebohrn. PRÆTORIVSSIN  
Eines unermüdeten seiligen Arbeiters,  
im Weinberge des Herrn  
erwünschtes Sproßlein.  
Sie wuchs.  
Sie gründete.  
Sie trug.  
Tugenden von mancher Treflichkeit  
Nichts war ihr nachtheilig,  
Als die Hölle der umb sich fressenden  
verführerischen Welt.  
Sie ward demnach gar zeitig  
versezet,  
nahe bey einem schönen Düstern Wald.  
Hier beschien Sie die fröhliche Morgen und  
Abend Sonne.  
Sie kam bey diesem angenehmen Schatten,  
zu geschwindiger Reife,  
und ist,  
ehe man sichs vermuthet,  
als eine Pflanze der Gerechtigkeit  
ins ewige Paradies  
versezet worden.  
Wünsche Dir über lang oder kurz  
daß du eben also  
bekleben mögest.

Aus wahrer Hochachtung  
und Beyleyd schrieb  
M. Gottfried Lenner.

**Q**UAM, tristem casum digne ut lugere liceret,  
Vellem verba mihi digna dolore dari !  
Cum præmaturo TIBI funere coniugi aderintae,  
DVSTER WALDE, tuae iusta suprema paras ;  
Quam pietas, sincera fides, grauitasque venulta  
Reddiderant sexus dulce TVlque decus.  
Quantopere hic vellem, facundæ munera linguae  
Vimque diserti oris suppeditare mihi !  
Queis possem tanto solamina ferre dolori,  
Qui fratres, matrem, TEque, marite, premit.  
Cum certæ tandem cernis succumbere morti  
Dimidiumque animae, deliciasque tuas.  
Cum sentis eadem, quæ si cui pectora mucro  
Traie&tus findit, vulnera dira ferens.  
At Deus est solus, qui vulnera fecit, & idem  
Vulneribus medicas admouet ipse manus.  
Hic igitur solus moestis solatia rebus,  
SVMME PATRONE, tuis optima ferre velit;  
TE recreet, foueat, laetis TIBI tristia penlet,  
Et mala perpetuo TE procul esse finat.  
TE iubeat florere diu, producat in annos  
Extremos vitae tempora fausta tuae.  
Consule TE ciues laetentur, TEque Scholarcha  
Gymnasium florem sentiat vsque suum,

NOBILISSIMO AMPLISSIMOQUE  
DOMINO PATRONO  
testandæ pietatis obseruantiae & affectus  
causa lugens moerensque sc.

M. Io. Albinus Kries.



4319